



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Notatio ad Caput Quadragesimum nonum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

A Caput Quadragesimum nonum.

De Parocho S. Brigida à scabie liberato.

ANS ELMVS pastor Coloniae ad sanctam Brigidam, vir doctus & bonus, adeò scabiosas habuit manus, vt lepram præ se ferre viderentur, nec ille præ verecundia cum quoquam cibum capere vellet. Admonuit eum sacerdos quidam, vt inuiseret sepulchrum martyris ENGELBERTI. Venit ad sepulchrum, imponit illi manus, votum facit martyri, & eadem hora, ipso admirante, tanquam squamæ quædam ceciderunt de manibus eius. Sed cum melius habere cœpisset, non stetit promissis. Redit scabies, & præuaricator voti redit ad cor: iterat votum, & ocyùs curatur.

Nota miraculum, & pœnâ votû negligētis.

Notatio ad Caput Quadragesimum nonum.

SANCTÆ BRIGIDÆ Ecclesia vna est ex nouendecim Parochialibus vrbs Coloniensis annexa Abbatia S. Martini maioris. Parochia S. Brigidæ.

Anselmus verò videtur vnus fuisse ex iudicibus Apostolicis, qui vt refert Arnoldus Lubecensis lib. 7. historiae Sclauorum cap. 3. contra Adolphum Archiepiscopum Coloniensem erant designati. *Vide supra lib. 1. pag. 34. lit. D.*

Caput Quinquagesimum.

De ciue Coloniensi à tumore hydropisis liberato.

DABBATE Eberbacensi nuper ad martyris sepulchrum orante, quidam ciuis ait ad eum: Meritò ad monumentum martyris nostris oras Domine Abba. Reuera enim in magno ille apud Dominum precio est, cuius ego in me virtutem mirabiliter sum expertus. Adeò enim hydropisi intumueram, vt medici spem omnem vitæ meæ abijcerent. Ego igitur multum eiulans quadam nocte, cum diu stetissem ante lectum Hydropici meum, toto pectore martyrem hunc inuocare cœpi. Deinde fessus, in mira curalecto paulisper obdormiui. Post expergefactus, dolorem & tumorem

Kk 3

omnem